Vergilius Maro, Publius; Brant, Sebastian [Editor]: Publij Virgilij Maronis Opera: [cum quinque vulgatis commentariis ex politissimisque figuris ...]

Straßburg, 1502





neq̃ oportebat illũ in sua causa sine cura esse.

l Aeger. S. Et tristis & male valens significat. Aegrotus: aut egrotans maleualens tantũ. C: Aeger Magna sapientia qua poterat vim afferre perturbationibus. Et ita coercere ne apparerent. m Spẽ. S. letitiã. Significat aũt ab eo quod precedit id quod sequit: hac figura crebro vtitur Poeta. letitia ei spẽ seqtur: & in vultu videtur. spes vero nõ videt. Cõtra aliqñ significatur id quod precedit ab eo quod sequitur: vt meriteq̃ expectent p̃mia palme: palmã em̃ pro virtute posuit que primũ meretur: & palmã post accipit. C. Spem quomodo pro leticia ponitur: que est de presenti bono quod nullũ hic est. Ergo in ꝓpria significatione dixit spem: que ita vultu demõstrari poterat: vt letitia. nam vtraq̃ res hilaritatẽ habet. verũ de spe ac reliquis animorũ motibus alio in loco distinctius dicetur. n Illi. D. ostenditur quid potuerit consolatio: nam nisi moeror sublatus fuisset: refectionẽ aliquã nõ quesissent. o Prede. S. ad predam. p Accingunt. SER. Studiose se par it. Sic Alibi Accingunt operi. Accictos em̃ industrios dicimus. Hora. Altius ac nos precincti. Cõtra Negligentes discinctos vocamus: vt discinctos mulciber afros. q Dapibus. SER. Ambiciose de ceruis dixit dapibus. CRI. dapibusq; fut. ex affectu illorum loquitur qui in tãta egestate vilia p̃ciosissima putabãt, vt illud post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Illi se prede accingunt: dapibusq̃ futuris:
Tergora diripiunt costis: et viscera nudant.
pars in frusta secãt, verubusq̃ tremẽtia figũt.
Littora ahena locant alii: flãmasq̃ ministrãt.
Tum victu reuocãt vires: fusiq̃ per herbã.
Implentur veteris bacchi: pinguisq̃ ferine.

r Tergora. S. Tergus tergoris coriũ. Tergũ est dorsum. D. Tergora. Diuidit per officia procuratio epularũ: neq̃ delitiose dapes: aut irritamẽta gule erant: his parãda qui naufragio: inedia laborauerunt. Tergora eodem tempore alii detrahebãt coria. Alii antéq̃ tota corpora apparerent resecabant partes: & vt plenã p̃parationẽ ostẽdat: addit verubus ꝛc.

s Viscera. S. nõ intestina tantum: sed omnis caro sub tergore est. Vnde in albano latinis visceratio dabatur: idest caro. nominatiu⁹ est hoc viscus. Lucrecius. Viscus gigni sanguenq̃ creati. Sanguen autem dixit: vnde fit sanguinis in genitiuo: nam a nominatiuo sanguis fit huius sanguis

t Verubus. SER. Ex his est que in singulari indeclinabilia sunt: vt cornu & genu: DONA. Verubus hoc est in quibus adhuc aliquid spiritus teneretur.

v Trementia. SER. palpitantia adhuc.

x Ahena. SERVIVS. Quibus lauabant carnes: non elixabant: nam heroicis temporibus non vescebantur elixis. Antiqui ahenam sic aspirabant. DONATVS. Ahena aquam imponebant igni: vt elixam facerẽt carnem. hec coquẽdis viscerib⁹ celeritatẽ prestãt. Deniq̃ epulis paratis vires labore et fame ꝑditas reuocãt. C. Ahena ab eo quod




140

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/vergil1502/0283
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.